



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 58. Articuli in hoc colloquio propositi, ac decreti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. LVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1527.

*Articuli in hoc colloquio propositi,
ac decreti.*

Erant autem sequentes articuli: I. Vera Ecclesia, cujus unicum caput est Christus, ex solo Dei Verbo oritur, atque in eodem fundatur, proin aliam vocem non esse audiendam patet. II. Eadem Ecclesia non potest alias ferre leges præter illas, quæ Verbo Dei inniuntur, unde traditionibus humanis, quæ Ecclesiasticæ vocantur, credendum non est, nisi quatenus huic Dei Verbo consonæ sunt. III. Christus Dominus pro omnibus totius mundi peccatis satisfecit, quocirca ille renunciat Christo, qui aliam peccata expiandi viam adstruit. IV. Ex S. Literis probari nequit, vere ac realiter Corpus & sanguinem Christi recipi. V. Ritus Missæ, in qua Christus exhibetur, ac offertur Patri cœlesti pro vivis & mortuis, sacræ Paginæ adversatur, ac injuriam infert Sacrificio, quod Christus Dominus pro nobis obtulit. VI. Solus Jesus Christus tanquam intercessor, & generis humani Advocatus apud Deum Patrem invocandus est. VII. In sacris literis expressum non habetur, post hanc vitam dari locum, in quo animæ purgentur, *Hist. Eccles. Tom. XXXV.* S atque

Sleidan. l. c.

Sæc. XVI. atque inde infertur preces, ceremonias,
A.C. 1527. anniversaria pro mortuis celebrata, ce-
 reos, lampades, & alias ejusdem ge-
 neris res defunctis nihil prodesse. VIII.
 Statuæ atque imagines ad cultum fide-
 lium propositæ sacræ paginæ repugnant.
 IX. Nulli cujuscunque sit conditionis
 vel status matrimonium interdicitur,
 eoquod S. Scriptura id non modo per-
 mittat, sed & ad evitandam fornicatio-
 nem præcipiat. X. Impudici, & forni-
 carii ex sacræ Paginæ testimonio ab
 Ecclesia sunt separati, atque ideo nihil
 magis Presbyteratus ordini adversatur,
 quam quod Sacerdotes in turpi & im-
 puro Cælibatu vivant.

§. LIX.

*Bernenses a ceteris Helvetiis de impe-
 diendo hoc colloquio datis literis
 admoniti.*

Sleid. ibid.
p. 183.

Has propositiones Bernenses Helve-
 tii ad omnes reliquos Pagos trans-
 mittebant, eosque hortabantur, ut &
 ipsi colloquium accederent, & adeuntibus
 itineris securitatem procurarent. Ve-
 rum Lucernenses, Suitii, Sylvenientes,
 Tugienfes, Gloronenses, Friburgenses,
 Urienses, & Soloturni literis ad Ber-
 nenses datis eos impense monebant, ut
 ab instituto desisterent, ac fœderis in-
 ter